



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Myro Episc. 8. Augusti.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

8. Aug. VITÆ SANCTORUM. 493  
*Quicquid illud est, quod offerre paras,  
Mariæ commendare memento, ut eodem ad-  
veo vel largitore gratia gratia redeat, quò  
influxit. S. Bern.*

S. MYRO EPISC. 8. Augusti. 1

**N**ullæ ceræ ornarunt MYRONEM, sed  
virtutes multæ, quas quidem neque  
numerare in hac pagella possumus, uti  
nec pauperes, quos pulchro ordine stan-  
tes per atria quotidie laudare nobilem e-  
jus manum vidisses. Seminabat ille in  
hos, quidquid ager, quem colebat, di-  
ves dedisset; in fures etiam liberalis. Nam  
fortè ex his XII. in horreum se penetra-  
verant MYRONIS. Ibi cum saccos fru-  
mento, scelere animum onerassent, in-  
jecit Deus furacibus manibus arcana vin-  
cula, crevitque in tantum facinoris pon-  
dus, ut ne humo jam tollere onus pos-  
sent. Intervenit interea MYRO, & cum  
illi trepidi alia vincula sperarent, illis  
missionem dedit, & tergo improborum  
non, quod meruerant, patibulum, sed  
saccos, de quibus diximus, bene fartos  
suâ manu imposuit, emisitque gravi sup-  
plicio mactatos. Interea nihil decessit  
de MYRONIS opibus, quas ille scili-  
cet eo loco, ad quem fures non adre-  
punt, celo recondebat. Sub hæc virtus  
sacerdotio, mox Episcopatu & miracu-  
lis est honorata. Nam & per medium  
fu-

494 VITÆ SANCTORUM. 9. Aug.  
fluvium Tritonem viam sibi fecit, &  
misso post, pro suo in illum imperio,  
scipione, coire iterum Moyses noster  
iussit. Sed & Herculem in illo agnovisses,  
cùm ingens monstrum draconem clavâ,  
hoc est, oratione dejecit. Exinde reli-  
quam vitam transegit tumultis Divorum  
exornandis, dum centenarius eundem  
honorem etiam ipse meruit. *Ex Menais.*

*Non videbit diem malum, qui dies bonos  
habere pauperem fecit: videbit diem ma-  
lum, qui diem iudicii sine advocacione pau-  
pertatis intravit: sine causâ accusant pec-  
cata, quem pauper accusat. Excusari non  
potest, quem fames pauperis accusavit.  
S. Pet. Chrysol. serm. 14.*

SS. FIRMUS & RUSTICUS MM.  
9. Augusti.

**S**Ociarunt & pugnas & triumphos  
FIRMUS & RUSTICUS, ipsam-  
que adeò, quod vitio aliis datur, patriam  
Veronam triumpharunt. Verberibus hæc  
primò pugnavit, sed illi gloriosum duce-  
bant patriæ plagas ostentare acceptas à  
patriâ. Jam in carcerem cùm descende-  
rent, Capitolium videbantur petere. In  
carcere cùm cibum victoribus Tyranus  
victus negaret, triumphales epulas  
Angeli pararunt. Ad has in testarum fra-  
gminibus velut in rosis suaviter illi ac-  
cubabant. Fame sic pulsâ sanguinem sa-  
cie-